

juris feci, quæ omnibus mundi hujus sapientibus, omnibusque eiusdem nasutulis & sapientum octauis occulta est: & qui librum huncce meum legerint, illis inquam admodum raro in ipsorum auribus tinniet. Sed tantum de sermone meo: nunc ad ipsum sententiæ meæ initium accedo.

Filij & discipuli hujus artis, ex Christiana charitate & fidelitate vobis notum facio, quam vere nunc arma & operationes lapidis nostri reperire intelligereque scire potestis & debetis: Sciatis igitur, quod lapis Philosophorum, nostris in arboribus, etiam in arboribus pomariis in aere, omnibus in creaturis, animalibus, omnibus rebus crescentibus, quæ vegetabilitatem habent, crescens, & non crescens, in operatione sua reperiatur. Per ascensionem enim suam, si à Sole & Luna in destillatione sua commoueatur, omnibus crescentibus animatisque rebus unicuique peculiarem speciem, naturam, &, per diuinam gratiam, efficaciam & virtutem suam largitur, quemadmodum etiam floribus omnem formam, siue ille niger, rubeus, fuscus, cæsius, viridis, fuluus, albus, & cuscunque etiam coloris fiet, confert, omnibus itidem metallis & mineraliis: omnia illa, inquam, elegantiam formamque suam à virtute lapidis nostri sortiuntur, cum conjunctione Solis & Lunæ: Sol siquidem pater, & Luna lapidis hujus mater est: ideo nostri liberi Sol & Luna, & operationem etiam Solis & Lunæ habent. Et hæc tota lapidis nostri est proprietas, juxta quam illum cognoscere poteritis. Sin igitur nunc hanc operationem, formam, & essentiam illius lapidis scitis, tunc bene beati, & veri artifices estis: Sin autem illud non intelligitis, & o-

Rr 3

peratio-